

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 5828

**Auteur(s) :** Philippe IV le Bel, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Cernay-la-Ville, Notre-Dame et Saint-Jean-Baptiste des Vaux-de-Cernay (abbaye, abbé)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1293, janvier

**Lieu d'émission :** Paris

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [IV], roi de France, concède les acquisitions faites par l'abbé et les moines de Cernay dans les paroisses de Tilly et d'Heubécourt.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, Passy Louis, *Mémoires et notes de M. Auguste Le Prévost pour servir à l'histoire du département de l'Eure*, Évreux, Hérissey, 1869, t. 3, p. 274.

## Dissertation critique

Heubécourt : Heubécourt, commune réunie à Haricourt en 1965 sous le nom d'Heubécourt-Haricourt.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Francorum rex, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum abbas et conventus de Sarneyo, pro dimidia acra terre empta ab Ysabelle la Parise, sita in parrochia de Tylli, in feodo Elye de Flori. Item, pro tribus virgatis terre arabilis in feodo ejusdem Elye emptis a Roberto Caruel ; pro dimidia acra terre ex dono Amicie de Freneya, in parrochia de Tylli ; pro una acra et dimidia terre emptis à Richeude la Loydarde ; pro tribus virgatis terre arabilis emptis a Roberto dicto Loydard, inter terras ipsorum religiosorum, ex utraque parte ; pro duabus peciis terre emptis a Matheo Halle, in parrochia de Tylli ; pro quadam virgata terre empta ab Odone du Mesny dicto Bertran, in parrochia de Heubécourt, in territorio de Cruce dou Luart ; pro quadam acra terre empta a Johanne dicto Berart, sita in parrochia de Heubécourt, in eodem territorio ; pro tribus virgatis terre arabilis, in parrochia de Tylli, in feodo monialium de Thesauro, et pro duabus acris et viginti novem perchis terre, quas habuerunt per permutationem ; pro duabus aliis acris et viginti novem perchis terre de terra quam eis dedit Johannes dictus Chevalier, in feodo Stephani de Insula ; estimatis valere predictis omnibus centum et quinque solidis parisiensibus in annuo redditu, sibi et predicto monasterio suo perpetuo remansuris, cum magistro Petro de Latilliaco, canonico Suessionensi, clero nostro, ad financias hujusmodi in Silvanecti et Gisorci bailliviis deputato pro nobis, finaverint pro viginti et una libris parisiensibus, prout de hiis per ipsius magistri Petri, clerici nostri, patentes litteras nobis constat, nos financiam hujusmodi, ratam habentes et gratam, concedimus prefatis abbatii et conventui de Sarneyo, quod ipsi, pro se et suo dicto monasterio, predicta acquisita perpetuo teneant et habeant absque coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salva nobis in eis justicia si quam habemus, salvo etiam

in aliis jure nostro et jure in omnibus alieno. Quod ut firmum et stabile perseveret, presentibus litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisiis, anno Domini M° ducentesimo nonagesimo secundo, mense januario.